poſſint, ſed nihil certi. Det Dominus pro immenſa ſua gratia, ut ad ſobrietatem ſapiant omnes chriſtianae pietatis cultores, praeſertim in iis, qvae non ſunt clare in ſcripturis revelata, nec curioſas & inutiles conſectentur aut ſcrutentur qvaeſtiones. Atqve haec de angelorum & ſanctorum interceſſione ſufficiant.

Pag. 289.

Pars altera in qva *De Angelorum & Sanctorum* Invocatione agitur.

CAP. I.

In qvo angelorum & ſanctorum invocationem, variis ipſorum Romanenſium teſtimoniis, non eſſe ſimpliciter neceſſariam, oſtenditur.

Videri